

ipsi foderent harenam. et humeris suis portarent usque ad locum ubi therme edificabantur. Erat uero senex inter eos nomine saturninus. qui iam senectute maceratus fuerat. coepit tunc eum ad portandum adiuuare. hoc cum uidissent custodes fieri quasi synnium et cyriacus diacones quos saturninus et suus et alius cum adiutorio christi portarent. mirati sunt. et inuitauerunt tribuno expurio. Tunc tribunus inuitauit maximiano augusto dicens. quod cum synnium et laudibus dei omni ueneratione christo gloriam reddebat. eodem tempore misit maximianus augustus. et iussit sibi synnium presentari. Cui cum presentatus fuisset synnium diaconus. dixit ad eum maximianus. Quid uocaris? Respondit. ego peccator synnium. seruus seruorum domini ihesu christi. maximianus augustus dixit. quare carminas inuobis? Respondit synnium diaconus dicens. si cognosceris quae sunt crimina fidelium. scies creatorem tuum. Respondit maximianus augustus. Et quis est creator. nisi inuictus hercules? Respondit synnium diaconus. nobis turpe est uel nomine uel audire uos. maximianus dixit. unum tibi ex duobus eligere festina. aut sacrificia deo herculi. aut carnes tuas ignibus cremabo. synnium diaconus dixit. et ego quidem semper hoc optaui. uerum tamen si me tuus fuerim. ut coronam desideratam accipiam. Iratus maximianus augustus. trahit eum laudibus praefectus. Tunc laudibus praefectus retrudit eum in custodia manuum. et fuit tibi in custodia diebus decem et septem. post hoc dies tunc actor. iussit laudibus praefectus aspectibus suis synnium presentari. quicum presentatus fuisset ab apromiano commentariense. subito lux de caelo facta est. et uox de luce exiit dicens.

^{uene} Uenite benedicti patris mei. per cipit regnum. quod duobus praetium est a constitutione mundi. Tunc apromianus tremefactus. cecidit ad pedes synnium diaconi. dicens ei. Adiuuote per christum quem confiteris. ne car des me baptizare. et facias me tecum per tingere ad coronam. Eadem hora allata est aqua et catatizauit eum et benedixit fontem. et de posuit nudum in peluem. et dixit ei. Credo in deum patrem et filium et spiritum sanctum. ille respondit. Credo. et dixit ei synnium diaconus. Inluminet te christus. Et eleuauit eum de pelue. et deduxit eum ad sanctum marcellum episcopum quem christus ma. et altare consecrauit. et participauit omnes corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi. eodem die post meridiem iussit sibi laudibus praefectari synnium diaconum. Uenientis cum synnium diacono apromianus commentariensis iam baptizatus. coepit clamans dicere. Quid uos cogitatis diaboli. in diu uos tantam mala exercere. Tunc praefectus dixit ad apromianum commentariensem. quomodo te uideo et tu christi uisus et effectus. Respondit apromianus. Uerum mihi infelici. qui perdidit dies meos. Respondit praefectus. Uere modo perdes dies tuos. Et iussit eum capitalem subire sententiam dicens. si hic ex tunc non fuerit. multi perierunt. eodem tempore ductus in uia salaria milia regio secundo capite truncatus est. sub die quarto nonarum februarium. Tunc iussit retrudi in curto dium senem saturninum. et synnium diaconum dicens. si non immolauerint dies. diuersis eos poenis interficiam. Tunc saturninus senex cum esset in custodia una cum synnium diacono ueniebat ad eos multi gentiles. et baptizabant eum omni fiducia. Audient hoc laudibus praefectus. iussit sibi tribunal parari in urbe herulica. et post dies xl. misit et exhibuit saturninum et synnium diaconum. et iuncti carceris adducti nudis pedibus in conspectu laudibus praefecti.